



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Omnia Latina Scripta Matthiæ Flacij Illyrici

Flacius, Matthias

Magdeburgæ

VD16 F 1296

Epistola M. F. Illyrici coram Exhibita D. Philippo circiter dies 14. post nuptias Augusti principis, Aliquanto ante Cellesia comitia. Anno 1548.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36647

contra
consci-
& olim
ationi-
t, istas
& Chri-
suam
n pro-
ad eum
n uiue-
nt tan-
ucionia-
t, neq;
psis in-
ld si fe-
iposte-
omnia
si erit
omina,
ingen-
n papa-
entibus
ion de-
monita,
, testor
n, pro-
et, alijs
q; eo.

q; eo loco habendos esse ostensurum.

DOMINus IesuS ChristuS, qui scit
me hæc pio animo scribere & agere, re-
gat me, ipsos, & totam suam Ecclesiæ
in nominis sui gloriam, & miserorum
mortalium salutem, AMEN.

EPISTOLA M. F. ILLYRI-
ci coram Exhibita D. Philippo circiter
dies 14. post nuptias Augusti principis,

Aliquanto ante Celensia
comitia. Anno

1548.

Si tu Præceptor obseruandiss. is es,.
Scuius aures ueritati occlusæ, tantum
adulationibus paterent, quærerem
apud te potius obsequendo fauorem
(quatenus quidem mihi cum pietate li-
ceret) quam uera dicendo odium. Cu-
ijs fauorem & prodesse mihi plurimū
posse agnosco, & iam sæpius profuisse
grata mente confiteor. Verum cum
tibi ueritate ac candore nihil gratius es-
se multis exemplis animaduerterim, ad
hæc charitatis ac gloriae D E I promo-
uendæ mandato urgæar, non possum
facere, quin tibi ea indicem, quæ non
solum ad dignitatem tuam, sed etiam

H 4

æter.

æternam salutem & tuam & aliorum,
atq; adeo ad gloriam DEi pertinere ar-
bitror. Tu uero ea sic accipito, ut ab eo,
qui tibi uitam ipsam debere se fateatur,
ac pro te etiam effundere eam, si res po-
stulet, sit paratissimus.

Testor Deum audiuisse me ex fide
dignissimo homine, tuiq; studiosissi-
mo, qui certo affirmabat D. Augusti-
num, non ita multum ante, quam ad
DOMINum migravit, dixisse ad se &
quosdam alios inter cætera & hæc. Vos
uidebitis, isti nebulones pertrahent
Dominum Philippum in aliquem er-
rorem. Quem cum probauerit, plura
illi deinceps, statuerint, cumq; sua confes-
sione constrictum tenebunt. Qui, ubi
uiderit quantum malorum consecutū
sit, incidet in mœrores, quibus tandem
contabescet. Scio ita futurum, nam &
antea sic accidit, sed tunc D. Martinus
est eum consolatus. Aliud exemplum
narrare noluit.

Hoc dictum spero, & ex animo op-
to falsum fore. Volui tamen illud,
cum sit grauissimi, prudentissimi ac
sanctissimi uiti, quemq; tu non imme-
rito

iorum,
nere ar-
t ab eo,
ateatur,
res po-

ex fide
liosissi-
ugusti
nam ad
ad se &
ec. Vos
trahent
em er-
t, plura
confes-
ui, ubi
isecutu
andem
nam &
artinus
nplum
no op-
illud,
mi ac
imme-
rito

rito semper fecisti maximi, ideo nunc
tibi recitare, quod uulgo iam fertur,
Marchionem & Ferdinandum effecisse
apud Mauritium, ut ipse quam primū
mutationes quasdam, uel etiam exili-
um rerum faciat, quo ipsi deinceps
ἐνπροσωπολέξωε in suis regionibus, ma-
iora uel potius omnia immutare que-
ant. Idq; breui Mauritium in quodam
suo conuentu asturum esse.

Id siue ita sit, siue non, Deus uide-
rit. Cui nostras & totius Ecclesiæ ca-
lamitates commendamus. Illud certe
neq; alij pīj, neq; tu ipse (ut s̄æpe ex tuo
sermone intellexi) dubitas Achitophe.
Ies istos tuæ lenitati, bonitati & simpli-
citati insidiari.

Etsi autem te ipsum pro tua sum-
ma prudentia & pietate sedulo uafiri-
morum hominum fraudes cauere non
dubito. Tamen, cum omnia occulte
gerantur, & undiquaq; partim gloria-
tiones hostium de concessis, nescio qui-
bus, partim etiam piorum querelæ affe-
rantur, uisum mihi quoq; est, ut dolori
ingenti, quo excrutor, conscientiæq;
satisfacerem, te & orare & monete, ne

H 5 quic-

quicquam impijs Antichristi ministri concedas.

Nihil enim penitus hoc tempore, quo constans confessio ueritatis a nobis requiritur, a te, aut schola hac, unde ueritas profecta est, concedi, aut in Ecclesia nostra mutari potest, quin ingenitia scandala statim per orbem terrarum consequantur. Agnoscere autem debemus satis superq; scandalorū sparsum esse in Ecclesia, quæ pusillos Christi subuertunt,

Quod reliquum est, commendo tibi me, & totam Ecclesiam Christo Domino. Qui scit, quo animo hæc tibi proponam, quiq; ut non dubito, meam in hac re uoluntatem comprobat. Confido & te pro tuo candore hæc in meliorem partem accepturum esse, & si non factum penitus, certe tamen institutum nostrum probaturum esse. Bene Vale.

Præfatio in syluam de Missa
M. F. Illyr. Anno 1548. Paulo ante
Interbacensia comitia Philippo oblatam.

Equi

inistris
n pore,
s a no-
c, unde
in Ec-
ingen-
rrarum
em de-
ū spar-
s Chri-
endo te
o D O:
hæc tibi
to, me
probat,
e hæc in
ffe, & si
n insti-
se. Ba

Missa
lo ante
ni-

Equi-

EQuidem præ mœrore consumor,
miserrimum præsentis Ecclesiæ
statum considerans, eoq; aliquam-
do tecum liberius colloquor. Cui meæ
importunitati ueniam te pro tua hu-
manitate dare spero, sicut grauiter
ægrotantibus condonare solemus, si
dolore uicti aliquid minus decorum
egerint.

Hinc est quod, etsi norim, quam
parui momenti sint meæ ὑποθήκαι, ta-
men intermittere non possum, quia,
quæ heri coram statim minus commo-
de exponere poteram, ea tibi scripta of-
ferrem.

Cogito enim, si iam tanto dolore
animi discrucior, cum nondum malam
cōscientiā in hoc negocio habeā, quid
fiet postea, ubi tristior regum status fue-
rit, si quam uel minimā labem cōsciē-
tiæ uel desertæ, uel neglectæ ueritatis
habuero? Itaq; admonitus etiā pristina
mea desperatione, in qua triennio sub-
mersus fui, iudico satius esse, ut tibi has-
ce meas nugas offendo molestus sim,
ac, si quidem res postulauerit, etiam pa-
uer aliquid, quam, ut, si quid (quod
nolim

nolim) in hac causa mali factum fuerit,
postea uermem illum pessimæ consci-
entiae cor rodentem circumferre, ip-
samq; Dei iram sustinere cogar.

Epilogus eiusdem scripti.

Hisce rationibus nostra sententia
firmiter & plausibiliter defendi, & ad-
uersariorum confutari potest apud om-
nes uel mediocriter æquos iudices. Hy-
pocrytarum uero, Epicureorum & Ty-
rannorum iudicia (quia D E V M &
scripturam rident) non magnopere cu-
rare in ueritatis defensione & confessi-
one debemus. Dominus Iesus nobis
adsit, nosq; suo Sancto Spiritu confir-
met, ut istam causam eo animo tue-
amur, quem res postulat. Plus enim
profecto nostra lenitas, quam aduersa-
riorum argumenta huic caussæ obesse
possunt.

EPISTOLA EIVSDEM
ad Philippum Melantho-
nem, missa octaua Iu-
niij anno 1549.

DOMI-